


Fontem diuidere cælum in duas partes  
æquales. Quare nullibi mediæ cal  
conspiceretur, neque inquam æquino-  
ctium posset fieri, sed perpetuo dies tẽ-  
pore æquinoctij minor esset nocte, cum  
arcus nocturnus notabiliter maior exi-  
feret arcu diurno. Deinde, Eadẽ stella  
sereno tẽpore minores apparerent iuxta  
Horizonte posite quã in medio cal, co



quod iuxta Horizontẽ remotiores a nobis essent, quod tamen falsum est.  
Tertio, vmbra gnomonum in superficiebus quibuscumlibet nullo modo tem-  
pore æquinoctiorum projicerentur secundum lineam rectam (vt demõ-  
stratine concludi posset, nisi id negotij ad scientiam de Horologiorũ de-  
scriptionibus spectaret) si vertex gnomonis non concedatur esse idem,  
quoad iudicium sensus, cum centro terræ; Hoc autem clarissime ex-  
perientia repugnat. Si enim tempore æquinoctiorum in quocunque pla-  
no stylus affigatur, notenturq; varijs horis diei extremitates vmbrae  
in plano punctis quibusdam, deprehendantur omnia hæc puncta in vna  
linea recta iacere; Quod quidẽ solum ea de causa contingit, quia nim-  
rum vertex styli assumitur tanquã mundi centrum, vt alibi demonstra-  
bimus. Quarto, Neq; ortus Solstitij æstiuus responderet per lineã rectã  
occasui Brumalis Solstitij; Neq; ortus solstitij Brumalis occasui solstitij  
æstiuus. Quinto, Confunderetur vniuersa proportio, quam nunc cerni-  
mus in augmento, decremẽtoq; dierũ ante & post æquinoctiũ vtrũq;.  
Qua cum omnia absurda sint, & quotidiane aduersentur experientia,  
omnibusq; Astronomorũ peritorũ obseruationibus, concludendũ erit,  
Terrã esse veluti punctũ insensibile, si cum caelesti corpore conferatur.

QVINTA, ac postrema ratio hæc sit. Secundum Astronomos  
exercitatissimos totus ambitus Firmamenti totum ambitum globi con-  
ferti ex terra & aqua continet vicies & bis millies, sexcenties, & duo  
decies, & eo amplius, ita vt sit talis proportio totius ambitus Firma-  
menti ad ambitum globi, qui constat ex terra & aqua, qualis est huius  
numeri 22612, & semis ad 1. Tanta enim distantia Firmamenti a  
centro terræ est deprehensa; vt nimirum a terra vsq; ad Firmamentum  
contineantur terra semidiametri 22612, & semis; Ac propterea,  
eandem sit proportio diametrorum circumferentiarumque, toties  
etiam